



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni  
Hermanni sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,  
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.  
Iurisdictio-||nis ...**

**Hermann <V., Köln, Erzbischof>**

**Coloniæ, 1529**

**VD16 ZV 26551**

Generale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30917**

## HERMANNI

cipiant, quo minus mandata exequenda præsentent. Quod si favore aut pecunia corrupti, mandata penes se retinuerint, aut non executi reportauerint, absque causa legitima, officio priuabuntur, & punientur poena decem florenorum aureorum, toties, &c.

III. Deferent arma domini Reuerendissimi, nedum in diocesi, verum etiam in ciuitate nostra Colonienſi ac seruent Reſas ſuas (vt vocant) vicissim.

V. Deputabitur etiam aliquis nobis iuratus, legalis & fidelis, in magistrum nunciorum seu latorum, qui & nullus alter, omnia mandata emittenda & exequenda, à nostris Fiscalibus & Bancalibus recipiet, & latoribus deferenda tradet, Exhibuntq; latores cum mandatis, die eisdem per dictum magistrum nunciorum de consensu Subſigilliferi præſigendo, & reuertentur in termino ſimiliter eisdem iuxta diſtantiã locorum & Reſe assignando, sub poena vnius floreni aurei.

VI. Magister autem nunciorum, per latores mittendos, Fiscales & Bancales faciet certiores diei, cum ipſi latores cum mandatis egredientur.

VII. Idem dabit latoribus literarum vna cum mandatis chartam quandam papyream, in capite, cuius hæc uel eis ſimilia verba, ad mandatorum executores (qui erunt ex hac ordinatione nostra noua, pastores ipſi, aut eorum vicarij, & nulli alij) scribet. Honorabiles domini diuinorum rectores, & mandatorum executores, Exhortor vos, ut in hanc chartam, diem aduentus præsentium literarum latoris ad vos, & quot numero mandata exequenda vobis præsentauerit, & quot ex eisdem executi ſitis, necne, rescribatis. Executor autem rescribet hac forma, Tali die. N. tot. N. mandata, mihi. N. dominorum rectori, N. exequenda præsentauit. Quorum tot. N. ſum executus. Causam vero non executorum mandatorum, in marginibus mandatorum scripto significabit.

## GENERALE

In Conſistorio nostro suspendetur tabula scripta, continens ſalarium Procuratorum, Notariorum, Audientiarij, Bancalium, literarum latorum, pro vnoquoq; mandato. Et quilibet eorum iurabit contenta illius seruare velle, nec vltra illam taxationem exigere vel recipere, sub poena priuationis officiorum suorum præsumant.

D ij De pro